



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Textus sequentiarum cum lucule[n]tissima tam
sententiaru[m] q[uam] vocabuloru[m] interpretatione
scripture autoritatib[us] alioru[m]q[ue] exemplis
creberrimis roborata**

Colonie, 1506

VD16 T 655

De sancto Joh[ann]e eva[n]gelista

urn:nbn:de:hbz:466:1-30585

De sancto Joanne

Iohannes Jesu christo multum dilecte virgo

Tu eius amore carnalē In nauī parentē liquisti

Istud est canticū qđ cantat ob laudē beati Joānis euāgeliste Primo auctor tria facit Primo p̄mēdat b̄m̄ Joāne penes quādā p̄roga tuā z dignitatē amoris Secōdo p̄mēdat eū penes quādā miracula p̄ ipsum facta. Tercio dirigit petitiōem ad sc̄m̄ Joāne. Secōda ibi. Tuq; in terra positus es. Tercia ibi. Tu nos oēs rē. Cōstrue **O** Joānes virgo dilecte muleū. i. valde (Jesu xp̄o. tu liquisti). i. reliquisti. simplex p̄ p̄posito (carnalē parentē). i. patrē sc̄z Tete deū (in nauī) sc̄z laboratē (amore). i. p̄pter amorē (eius) sc̄z Jesu christi.

Tu leue coniugis pectus respuisti messiam sequutus

Ut eius pectoris sacra meruisses fluenta potare

Et (tu) ioānes (sequutus messia). i. xp̄m (respuisti). i. despuisti v̄l sp̄re uisti (leue). i. vanū z trāsitoriu (pect̄ coniugis). i. vxoris tibi despōsare (v̄t tu meruisses potare). i. biteret exhaurire (sacra fluenta). i. sacra sapientiā (pectoris eius) sc̄z Jesu christi.

Nota. Joānes quadrupl̄ interpretat. z p̄ h̄ intelligunt̄ q̄rtuor p̄uilegia q̄ fuerūt in sc̄o Joāne. Primo d̄r Joānes q̄si gr̄a dei. p̄ hoc r̄agitur p̄mū p̄uilegiū qđ ē p̄cipua dilectio dei. qz xp̄s plus ceteris apl̄is ip̄m d̄s̄ lexit. z maiora signa dilectiōis z familiaritatis sibi d̄ndit. Secōdo d̄r Joānes in q̄ ē gr̄a. p̄ hoc tangit sc̄dm̄ p̄uilegiū qđ ē carnis eius incorruptio. qz h̄go dilect̄ ē a deo. z sic in ip̄o fuit gr̄a p̄gnitatis. Tercio interpretat̄ ioānes q̄si cui donatū ē. p̄ h̄ tangit terciū p̄uilegiū qđ est secretor̄ reuelatio. qz ei datū ē intelligere multa secreta z p̄funda sicut de diuinitate verbi z p̄summatōe seculi. Quarto interpretat̄ ioānes cui donatio a deo facta ē **E**t p̄ hoc tangit q̄rtū p̄uilegiū. qđ ē matris dei r̄comendatio. **H**ocima em̄ a d̄no ei donatio facta est qm̄ mater dei in eius custodia p̄missa fuit.

Secōdo nota. auctor d̄r in l̄ra (carnalē liquisti) **U**n̄ cū beūs ioānes euāg. cū p̄re suo Tete deo z eū fratre suo sc̄z Jacobo maiori laborasset in nauī p̄ p̄i scatura xp̄s vocauit eū dicens. sequere me. Statim relicta reuēto sequer̄ est d̄m̄. qz p̄mor̄ erat p̄ h̄bū scri euāgelij. in q̄ xp̄s loq̄t̄ p̄ euāgelistā dicentē nisi q̄s abrenūciat patrē z matrē aut vxorē nō p̄r̄ meus ē discipulus **T**ercio nota. auctor d̄r (tu leue rē) **P**ro quo nota in scholastica h̄storia legit̄ eū sc̄tūs Joānes iuuentis marie magdalene despōsare eēt z legitime copulatus. dū h̄o nuptie debebāt celebrari sc̄tūs Joānes subterfugit relinquēs p̄iugē suā sp̄rnēs desideriu carnale. **S**̄ d̄r in l̄ra. tu leue p̄iugis pectus rē **E**t sic dicūt doctores q̄ illud erat p̄iugiu vbi xp̄s p̄mū signū fecit p̄uerrē do aquā in vinū in chana galilee. v̄t d̄r Joānis. ij. ibi dixit d̄ns. implete h̄ydr̄as aqua z ferte architriclino. Quarto nota. beūs Joānes fuit p̄ditus sp̄ali dilectiōe. qđ tene p̄z in l̄ra. vbi d̄r. **U**t eius pectoris sacra rē. **U**n̄ cū xp̄s esset in cena. quā cenā habuit t̄pe eius passionis beatus Joānes recubuit z heuit supra pectus d̄ni z ibi diuinit̄ sunt ei reuelata oia secreta celestia de q̄b̄ p̄scripsit lib̄rū Apocalypsim

Foliū xiiij.

¶ Pro declaratōe terminorū nota. q̄ linq̄ ē verbū terciē coniugatiōis z h̄z liqui in p̄terito z fm̄ vsūm caret sup̄ino. Quis fm̄ artē p̄t h̄re licitū. Et linq̄ duo fecit. vñ Si trāsticiū designat linq̄ relinq̄ Si sit neutrale peccare scabit. Itē coniūctō ē nomē cōis ḡnis z fecit tā virū q̄ mulierē. qz vterqz illoz coniūgit alteri Itē messias ē nomē hebraicū z ponit p̄ christo.

¶ Tuqz in terra positus gloriā cōspexisti filij dei. Que solū sanctis in vita credit cōtueda eē penni. Te x̄ps in cruce triūphās matri sue dedit custodē. Ut virgo virginē seruare atqz curā suppediteares

¶ Hic iā autor p̄medat sanctū Joannē penes q̄sdā spectrales dignitates. Sc̄do penes q̄dā miracula z virtutes Sc̄ba ibi (tute carcere zc.) Dicens p̄mo sic (q̄) p̄ et (tu) iōānes (positus). i. ex̄ns (in terra p̄spexisti). i. vñ dūti (gl̄iam filij dei. q̄) sc̄z gl̄ia (credit eē p̄uenda). i. vidēda (solū sanctis in penni vita). i. in eternavita regni celoz. z (x̄ps triūphans). i. p̄ mortem suā superās z destruens mortē nostrā eternā (in cruce dedit te custodē). i. tutore (m̄ri sue. vt tu p̄go) sc̄lz ex̄ns (seruare). i. i custodia teneres (virginem) sc̄z mariā (atqz suppediteares). i. subministrare (curā). i. debitā p̄uisionē. **¶** Notādū in l̄ra duo cōgunt̄ Primo reuelatio diuina. cū d̄z p̄spexisti gl̄iam dei. z de tali reuelatōe dictum est in materia p̄cedētī. in addit aliqd̄ inde l̄ra q̄ nullus hō mortal̄ in h̄ mūdo p̄t tantā gloriā videre nec intelligere. **¶** Sc̄ p̄ h̄s sc̄do metaphysice. sicut se h̄z oculus nycticozaci ad lumē solis. sic se h̄z intellectus noster ad ea q̄ sunt manifestissima in natura.

¶ Sc̄do cōgunt̄ in l̄ra matris p̄missio cū d̄t. x̄ps in cruce Un̄ q̄n d̄ns pep̄e dit in cruce vidēs matrē p̄ginē mariā nimis tristē z carentē solatio. dixit ad eā mulier. ecce filius tuus Deinde vidit discipulā quē diligebat. s. Joannē. cui dixit. ecce mater tua. Hic querit. q̄se x̄ps dixit mulier z nō p̄go vel mater Respondēt doctores q̄ x̄ps dixit mulier z nō p̄go. vt mitigaret castitatē z tristitiā br̄e p̄ginis. qz si p̄go dixisset. pluriū bonoz recordata fuisset. q̄ ab ip̄o recepit. z sic amplior̄ dolore fuisset aggravata Dicit em̄ beatus Auḡ. x̄pus dixit mulier z nō p̄go. ne iudei blasphemā in p̄sentia br̄e p̄ginis excitaret. qz nec hō dierna die credūt x̄pm de p̄gine narum.

¶ Sc̄do q̄rit. q̄re x̄ps nō dixit mater Dicit̄ doctores q̄ fecit p̄pterea vt ip̄a tanto plen̄ in custodia beati Joānis p̄fidere deberet S̄z beatus Auguſti. d̄t q̄ x̄ps dixit mulier z nō mater p̄pterea respectu relatōis. qz in proximo fuit z in p̄pinq̄. vt filiaris extingueret Sic z maternitas. qz destructo vno relatiuoz destruit z reliquū. vt p̄z p̄ ph̄m in p̄dicamētis Tercio q̄ritur. q̄re x̄ps p̄medauit beata p̄ginē br̄o Joāni z nō alteri ap̄lo. Dicit beatus Bern̄. h̄ fuisse factū duabz de causis Primo rōe magne dilectōis. q̄a x̄ps dilexit beatū Joannē p̄re oibz alijs ap̄tis. Sc̄do p̄pter integritatē virginitatis. qz decuit z fuit not̄ pontificibz z p̄ncipibz sacerdotū. sic q̄ nullus auderet agere p̄tra eū. **¶** P̄medauit ei br̄am p̄ginē. vt eā ab infestatōe iudeoz possit p̄seruare. Et illa ratio legit̄ in passione d̄ni. Et hic discipulus erat notus pontifici

¶ Pro declaratōe terminorū nota Cōspicō ē p̄bū trāsticiū z cōpositū

De sancto Joanne.

a con z specis p mutarōem e in i. causa euphōnie. Itē supedito tria fecit
vñ Subiūgo pessundo designat supeditoꝝ ministro. Et in Hugui. Est
elimināda eoz fatuitas q̄ ponit hoc ꝑbū p pessundare.

Tu te carcere flagrisq; fractus testimonio pro christi es gaudius

Idem mortuos iuscitas in quam iesu noie venenū forte vincis.

Tibi summus tacitū ceteris verbū suū pater reuelat

Hic autor ꝑmēdat sanctū Joannē penes q̄dā miracula z penes q̄sdā
ꝑutes. z sunt q̄tuor ꝑ ordine. in q̄b̄ br̄s Joānes ꝑmēdat Prio in pena
rū passione Secdo in mortuoz resuscitatōe Tercio in veneni sumptione
Quarto in ꝑdicatōis ꝑstātia **Construe** O iōānes (**Tute**). i. tu met
(fract). i. punie carcere (q̄) p z (flagris). i. incedijs feruētis olei (es gaudi
sus). i. lerat (p testimonio xpi) a q̄ fuisi missus ap̄ls vt ꝑdicares ad ephes
sum z tu (idē) scz Joānes (iuscitas) id ē resurgere facis (mortuos) z tu
(vincis). i. superas sine nocumēto (forte venenū) scz datū in potu (in noie
iesu) ꝑ cui signū crucis. s. munies illelus euasisti. o iōānes (sum mꝑ ꝑ) id ē
oipotēs deꝝ (ꝑ reuelat). i. manifestat tibi (suū tacitū ꝑbū). i. secretū filiū
(ceteris). i. ꝑ ceteris ¶ **Notādū** cū be. iōānes iā incepisset ꝑdicare z fama
eiꝝ iā crederet ꝑ vniuersum orbe **Domitianus** impator petijt eū adduci z
poni in doliū feruētis olei. s. ip̄e sc̄us **Io.** ꝑfideret credēs in dño illelus ex
sūt Itē nota. legif in actibz ap̄loꝝ q̄ be. **Io.** ꝑpter ꝑbū ꝑdicatōis fuit miss
sus in exiliū in quādā insulā scz **Pachmos**. vbi manēs sustinuit varia z di
uersa opprobria z magnas penurias viriliter z ꝑstāter Itē no. q̄n be. **Jo.**
reuerfus fuit ab exilio coactꝝ fuit fortissimū venenū assumere. z ꝑfides in
dño fecit signū crucis. z sic venenū sumpsit z illelus euasit. z h̄c q̄d̄ de s̄ra
Venenū forte vicit Itē be. **Jo.** etiā ꝑmēdat ex eiꝝ ꝑꝑeali ꝑdicatōe Itē em̄
ex q̄dā ꝑrogatiua z reuelatōe ꝑis mysteriū dei cognouit. q̄d scz mysteriū
incognitū erat hūane rōni. z q̄d mysteriū nemo vidit vnq̄ nec audiuit
Sz deꝝ glosus ista br̄o iōāni reuelauit **Un̄** in ꝑma canonica sua dixit. q̄d
vidimꝝ z audiimꝝ h̄c testamur. z de ꝑbo vite annūciamꝝ vob. q̄ d̄c in lib.
Apo. q̄ ē liber reuelatōis apocal ꝑ iesu xpi. quā dedit illi. s. sc̄o **Ioāni** de
us vt palā faceret seruis suis. Itē legif in passionali q̄n be. **Ioānes** reuer
sus fuit ab exilio q̄ **Tursiana**. q̄ erat mulier religioſa fuit mortua z fereba
tur ad sepulchriū. q̄b̄ sc̄us **Io.** obuiauit. iu s̄itq; feretrū deponi z corpus
dissolui. z **Tursianā** a morte suscitauit. nā ip̄a in vita sua magno desides
rio desiderauit be. **Joā.** videre. z h̄c q̄d̄ vna ꝑus nō potuit ꝑficere h̄ post
resurrectōem ꝑstāter ipleuit ¶ **Pro** declaratōe terminoz nota ēz in s̄ra tu
te q̄d̄ ꝑr̄ eē vna dicitio aduerbialis. z tunc idē est q̄d̄ secure. z descendit a
noie tutus **Alio** mō ꝑt ꝑsiderari. put sunt due dicitōes. tūc s̄ra exponitur
sic (tu) scz iōānes (es gaudius te). i. q̄ es (fract). i. debilitat (carcere) id
est in ex castulo (q̄) ꝑer (flagris). i. in ardētibz feruētis olei zc. Itē carcer ē
nomē mal. gnis. z d̄z q̄si carnē torquēs Itē idē est ꝑnomē relatiuū identis
ratiō substantie. mobile ꝑ tria genera z ꝑ duas terminatōnes. vt hic z hoc
idem z hec q̄d̄c. Itē ceteris est nomen pluralis numeri tū mobile. vt

Foliū xliij.

hi ceteri. he cetera. hec cetera. z sunt tria taliū. vñ^o Infera vel supera vel ce-
tera dic tria tm̄ Adiectuari sed voce carentia primi

Tu nos omnes precibus sedulis apud deum semper commēda

Joannes christi chare

Hic ita au. dirigit petitiōes ad te. Joāne dī. **O** ioānes chare xp̄i id est
amabil' xpo (tu p̄mēda). i. p̄mitte (nos oēs apud deū sedulis p̄cibz). i. fre-
quentibz orōtibz. **N**otā dū au. dirigit petitiōem ad te. Joāne triplici de cā
Primo rōne mirifice opatiōis. qz xps in cruce matrē suā ip̄i p̄mendauit.
Secdo penes quādā dignitatē p̄rogatiuā. qz xps in cruce matrē suā ip̄i cō-
mēdauit. vñ potēs ē nos deo tanq̄ suo dilectissimo p̄mēdare **T**ercio pro-
pter nois interpretatiōem. nā ioānes q̄si gr̄a dei interpretat. cū ip̄e sit gr̄a po-
tēs ē nos ducere ad gr̄am z xpo p̄mēdare **Q**uarta cā p̄t ad di rōe magne
iusticie. qz iust' fuit sermone z ope. vñ **J**acobi in canonica sua **V**ultū em̄
valet deprecatio iusti assidua **I**te nota dñs triplicē familiaritatē cōdit brō
ioāni **P**rimo gñalē. s. qz ip̄m ad eccliam sumpsit cū alijs apl̄is. **S**ecdo fas-
miliaritatē sp̄calem. qz ip̄e ex vno latere petri in alio sedere fecit **T**ercio
singularē. qz sup̄ pecc' p̄p̄riū ip̄m recubere fecit. a q̄ maiestātē diuinā z plu-
ra p̄tingētia cognouit. p̄pter qd̄ dicit' ē sacrista dei **I**te nota. dicitū ē qz des-
bem' dirigere p̄ces n̄as ad sedm̄ Io. cā p̄tinē seu intime dilectōis quā
xps habuit ad eū z ecouerso. **P**ro q̄ sciendū q. xij. sunt grad' p̄tutū in
q̄bz sc̄tus ioānes videbat vitā p̄plere. rōe qz detem' merito diligere ip̄m z
quēlitate vltimē viuente in p̄tutibz **P**rim' gradus. vt in deū credamus. q̄ ē
vñ^o in ecclia. z triū^o in p̄sonis **S**ecōs ē baptisim' vñ baptisimus est triplex
scz fluminis. fluminis. z sanguinis. vt p̄z in summa **R**aymūdi **T**ercius
grad' vt p̄tinētā habeam' a fornicatiōe **Q**uart' grad' vt ab auaricia
nos caueam' **Q**uin' gradus. vt a gula p̄stringam' nos **S**ext' vt penit-
entiā agam' vñ **S**audū ē angel' sup vno peccōre p̄niam agēte. **S**eptim'
est. vt in bonis op̄ibz p̄seuerantiā habeam' **O**ctau' vt hospitalitatē ame-
mus **N**onus. vt volūtātē dei in faciēdis gr̄amus z eā ope p̄pleam' **D**es-
cim' vt volūtātē in nō faciēdis nō gr̄am' s̄z euitem' **U**ndecim'. vt char-
ritatē dilectōem inimicis ip̄edam' **D**uodecim'. vt custodiēdis curā ad
hibeam' **I**te autor dī sedul' p̄cibz zc. h̄ etiā posset declarari p̄ p̄hm. ij. et h̄.
vbi dī **U**na hirūdo nō facit ver nec ips vernale s̄z multe. sic etiā vna orō
vel deprecatio nō reddit deo patri aliquē peccatōre gr̄atū. sed multe **I**te se-
dulus est nomē adiectiuū tm̄ mobile. z est idem qd̄ cōtinuus **I**nde sedu-
le aduerbium. id est continue

Erū dei deo natū. qd̄ nec factū nec creatū venit de celestibz

Hoc vidit. h̄ attractauit. h̄ de celo reserauit Joannes hoibz

Istud ē canticū aliud qd̄ cantat' ob laudē z honorē sc̄ti Ioānis. in quo
qd̄ canticō innūtur dignitates z miracula sc̄ti Ioānis **E**t diuiditur in
tres p̄tes p̄ncipales **I**n p̄ma p̄te p̄mēdat sc̄tm̄ Joāne penes visionē quā
habuit ex reuelatiōe diuina **S**ecdo p̄mēdat eū penes qdā miracula **T**er-

De sancto Joanne.

cio penes subtilitatē euāgelizādi. scdm̄ ibi. Haurit virus. tertia ibi **Uo**lat autis Prima ps adhuc diuidit̄ in tres pres. In p̄ma autor p̄mendat br̄m̄ Joannē rōne visionis. scdo rōe visionis p̄mitiue euāgelizādi. tertia rōe custodie br̄e p̄gints. scda ibi Inter illos p̄mitiuos. tertia ibi. Custos p̄gints di. (Joānes) scz euāgelista (vidit) scz dum recum̄ beret in pectore dñi (p̄bū). i. filiū dei (natum). i. genitū eterna generatōne (deo). i. de deo (qd̄) scz p̄bū (nec factū) q̄a factio d̄r muratōem (nec creatū) qz creatio d̄r inceprōem. q̄ duo deo puenire nō p̄nt (venit) scz in hūc mūdū (de celestibus. hoc) in quā p̄bū ioānes (vidit. r̄ h̄) scz p̄bū (attractauit). i. mentere uoluit. r̄ (reserauit). i. reuelauit r̄ manifestauit (hoibz) in hoc seculo (h̄) s̄ p̄bū (de celo). i. de celesti eruditōe. **S** Notādū in hac sn̄a beat̄ioannes cripl̄ p̄mēdat̄ P̄rio in subtilitate visionis. q̄re scribit̄ in Apoca. q̄rto ca. Ecce ego ioānes vidi ostiū ap̄tū in celo. r̄ itez **V**idi angelū descēdēre ab ortu solis habētē signū de viui. Glo. p̄ angelū ascēdēre christus intelligitur qui d̄r angelus magni p̄siliij ascēdēre ab ortu solis. i. natū de uirgine habētē signū dei viui. i. equalitatē deo patri. vnde in simbolo atanasij. Qualis pater talis filius. talis sp̄s sc̄s. q̄ d̄r in l̄ra. nec factū nec creatū. s̄ natū. vñ in simbolo Atanasij Filius a patre solo nō factus nec creatus nec genitus. vel sic. Habētē signū dei viui. i. dona sp̄s sc̄s. in Apoca. **V**idi angelū dei habētē septē cornua. i. septē dona sp̄s sc̄s. **¶** Scdo be. ioānes p̄mēdat̄ in subtilitate cognitiōis. vñ scribit̄ Apoc. iij. Et ecce aialia plena oculis añ r̄ retro **U**ñ. p̄ aialia intelligunt̄ euangeliste p̄ plenitudinē p̄o oculoz̄ intelligit̄ facta cognitiō. **¶** Pro q̄ vlt̄erius nota q̄ sanct̄ioānes q̄druplicē habuit plenitudinē. P̄rimo habuit plenitudinē discretōis in cognoscēdo. vñ Grego. Et impleuit eū dñs sp̄s sapiēt̄ie r̄ intellectu. Scdo habuit plenitudinē affectōis r̄ desiderij. vñ ps **C**oncupit aia mea desiderare iustificatōes tuas in om̄i tpe. r̄ q̄ nō fuit frustrat̄ a desiderio suo Tercio habuit plenitudinē p̄dicatōis. vñ canit sancta mater eccl̄ia. In medio eccl̄ie aperuit os eius r̄c. Et alibi. posuit os meū vt gladiū acutū. Quarto habuit plenitudinē virtutū in operatione. vñ ps. **I**bant de virtute in virtute. r̄ alibi. Et vestimenta eius sicut nix dealbābunt. quid p̄ albedinē vestitū nisi puritas p̄cie r̄ sanctitas vite intelligit̄ **¶** Tercio sanct̄ioānes p̄mēdat̄ in subtilitate euāgelizādi. r̄ de tali infra dicit̄ Itē nota. autor d̄r in l̄ra. nec factū nec creatū. vñ entia sunt duplicia q̄dā p̄ncipiata. q̄dā eterna **E**ns eternū. vt de^o glosus **S** p̄ncipiata sunt duplicia. q̄dā ingrediunt̄ in eē p̄ generatōem. r̄ ista corripunt̄ p̄ sua p̄raria. Alia sunt entia q̄ ingrediunt̄ in esse p̄ creatōem. r̄ ista sunt p̄petua a parte post. s̄ nō a parte añ. sicut angeli r̄ intelligēt̄ie. q̄ d̄r autor **N**ec factū nec creatū. q̄si diceret. filius dei nec h̄z esse p̄ factōem nec per creatōem **¶** Itē attracto as est verbū frequētatiuū ab illo verbo attracto Itē natū est participiū descēdēns a verbo nascor Itē celum d̄r a verbo celo as. id ē regere. qz celum tegit̄ omnia.

¶ Inter illos p̄mitiuos veros veri fontis riuos Joānes exiijt
Toti mūdo p̄pinare nectar illud salutare qd̄ de throno prodijt.

Folium xv

Nec iam autor commendat scilicet Joāne rōne p̄mitte euāgelizandi. 2 dicit
uidit in duas ptes Primo facit qd dicitur est Secdo declarat quasdam ali
as virtuosas visiones. scdm ibi Celum transit. Et vult qd scilicet Joānes
euāgelista etiā (exijt) .i. pdijt inter illos (veros riuos) .i. p̄mos scripto
res 2 euāgelistas (veri fontis) .i. chisti (exijt in quā ppinare) id ē p̄tere to
ti mūdo (illud salutare nectar) .i. salutiferā doctrinā euāgelij (qd pdijt) id
est exiuit (de throno) id est de celo ¶ Notandū. ex ista littera etiā ha
betur qd beatus Joannes euāgelista p̄scripsit euangelia de maiestate dei
2 propterea ipse describitur in figura aquile. quia nullus euāgelistarū tā
profunde potuit scribere de diuinitate dei sicut ipse Secundo nota sanctus
ioannes in hac sententiā cōmendat de utilitate sue predicatiōis 2 doctrine
vnde de eo p̄ scribi quod habetur iudicium. xiiij. Ecce examen apum erat
in ore leonū. 2 fauus mellis. per istum leonē designatur beatus Joannes
qui habuit ap̄is aculeas in ore quando de asperitate extremi iudicij pdi
cauit. siue quādo in asperitate p̄nitiē suū p̄p̄ū corpus castigauit. vnde
habuit fauū mellis in ore qm̄ gloriā dei tatis siue diuinitatis euāgelizan
do manifestauit 2 gloriā dei cūctis hoibz reppromisit Itē ad recōmendati
onem scilicet Joā. scribit qd erant q̄tuor aialia in ore diuersa h̄ntia. ramos in
ore colūbe. mel in ore leonis. staterē in ore piscis. gladiū in ore filij hois. vñ
te. Joānes habuit ista q̄tuor in ore suo p̄m q̄tuor p̄tutes cardinales Et
est scilicet Joānes colūba p̄ iusticiā. leo p̄ fortitudinē. piscis p̄ tēperantiā. fili
hois p̄ prudētiā. vñ te. Jo. habuit in ore doctrinā bone opatiōis qd intel
ligit p̄ ramū Itē habuit doctrinā eterne retributiōis. qd intelligitur p̄ mel
Itē habuit doctrinā humane redēptiōis. qd intelligit p̄ staterem Itē ha
buit doctrinā in ore extreme vltionis. qd intelligit p̄ gladiū De p̄mo d̄r in
Gen. viij. portans ramū oliue virentibz folijs in ore. p̄ ramū intelligit op
bonū. qz qd docet bñ operari ramū virentē h̄z in ore De scdo d̄r hic examē
apū. vnde in melle designat dulcedo vite eterne. vñ Greg. De ore prudē
tis p̄dit mel Itē in can. Fauus distil. la. et Cū ḡ te. Io. habuit in ore
mel etiā habuit apes q̄ pungit ad eterne vite dulcedinē. vnde Grego. q̄
affectōem p̄ veritate suscipiūt illi dulcedine vera satiant De tercio in scri
ptura Piscem q̄ p̄mus ascēderet tolle 2 apro ei⁹ ore inuenies staterem illū
lume p̄ me 2 te. 2 est dicitur Hath. vñ d̄r glo. qd añ passionē xpi totus mū
dus fuit tributarius diabolo Cū p̄nceps p̄rouin. fa. est sub tri. Plenarie
aut vnusquisqz aliquē dare debet p̄ tributo. non em̄ aliter fuit qd ad infer
nū diabolo tanqz census oportuit p̄sentari. sed xps nos a tributo mortūis
liberauit qm̄ in morte seipm̄ p̄ nobis incensum dedit. vñ stater inuētus in
ore piscis est ipse xps qd scilicet Joānes sufficēter pdicauit. De q̄rto d̄r in
Apo. Et de ore eius gladius ex vtraqz parte scindēs. alibi Posuit os me
um vt gladiū acutū ¶ Pro declaratiōe terminoz nota. p̄mitus ē nomē
adiectiuū d̄r uatū a noie p̄mus. tūc d̄r vltorius riuos. 2 p̄ riuos intelligit
ap̄los quoz fons d̄r xps Itē exilio est p̄bum neutrale p̄positū ab ex 2 sa
lio mutādo a in i. Itē nectar est nomē neutri ḡntis terciē declinatōis. 2 sus
mit hic p̄ xpo. qz sicut xps dulcorat corda fidelū. sic nectar ē dulcis porus
sp̄ius lingue Itē pdijt est verbū neutrale quarte p̄ingatiōis. 2 d̄r a p̄ 2 co
id ē transeo. 2 interponit d̄ causa euphonie.

De sancto Joanne .

Celum transiit veri rotam solis vidit ibi totam mentis figēs acie

Speculator spiritualis quasi seraphin sub alis dei videns aciem.

Audit in gyro sedis q̄ psallant cū citharedis qualiter seni proceres

De sigillo trinitatis nostro nūmo ciuitatis impressit characteres

Postq̄ autor Joannē cōmēdauit rōne euangelizandi. hic p̄r regredit̄ ad cōmēdatōem sancti Joānis rōne visionis dicēs Sanctus Joānes trās sit. scz visione sua celū. qua vidit totā. i. infinitā maiestātē. veri solis. id est dei. figens. id ē imp̄mēs. ubi scz in deū. totam aciem. id ē p̄replatiōez. 2 sub limitatē mētis. scz ip̄e sc̄tus Joānes. spiritalis. id ē sp̄nālis. specularoz. id est p̄siderator. vidēs acie. id ē maiestātē dei. q̄si sub alis. id ē velamine seraphin. i. angeloz. de ista excelsa hierarchia. audit etiā beūs Jo. in gyro. id ē circulo. sedis. scz diuine maiestatis. q̄liter. p̄ceres. i. nobiles. senes. scz vigin riq̄rtuoz. psallāt. i. decantāt. cū citharedis. i. reliq̄s cantozibz. laudē dei incessabiliter decantātibz. de q̄ visioe bea. Jo. imp̄ssit characteres. i. figuras. scribēdo. i. euāgelii. nūmo. i. imaginē. n̄re ciuitatis. id ē mētis. 2 h̄ de sigillo. id ē secreto trinitatis ¶ Notādū circa istam l̄r. Jo. in p̄nti l̄nia cōmēdat̄ur tripl̄r. Primo rōne visionis Secōdo rōne auditus Tercio rōe imp̄ssionis sigilli ¶ In ista tangit̄ duplex visio quam sc̄tus Joannes p̄describit̄ in Apocalipsi Primo vidit rotam. vbi p̄m glosam eternitas dei intelligitur per rotam. qz sicut rota est rotūda 2 p̄ncipioz sine caret. sic eternitas dei q̄ per rotam intelligitur caret p̄ncipio 2 fine Vel p̄ rotam intelligitur d̄scri p̄rio electoz qui sunt p̄destinati ad eternā vitam Secōdo vidit multitudinē angeloz habentiū alas quibz tegebāt faciem dei Unde in Apocalipsi Seraphin stabant super illud sex ale vni 2 sex ale alteri ¶ Secōdo p̄mē dat̄ sc̄tus Jo. rōne auditus. qz audiuit vigin riq̄rtuoz seniores decantāz re laudē dei ¶ In scribit̄ in Apocal. q. xiiij. seniores cecinerūt anno singuli habētes citharas 2 p̄hialas aureas plenis ornāmētis. 2 cantabant cāntū cū nouū dicētes. dignus es dñe accipe libzū 2 ap̄ire signacula eius q̄mōdo occisus es 2 redemisti nos in sanguine tuo ¶ Itē ibidē d̄r Vidit in circuitu sedis sedilia. 2 sup thronū sedētes vigin riq̄rtuoz. seniores circumamictis stolis albis. 2 in capitibz eoz corone auree. 2 audiuit eos dicētes. Salus deo nostro ¶ Tercio cōmēdat̄ beūs Jo. de sigilli imp̄ssione Unde dñs iesus christus pro nobis gerit̄ signū quinqz vulnez cordibz nostris fidelit̄ ter imp̄rimēdo Unde in canticis Donec me vt signum sup cor tuum ante imaginē sue sigillum. 2 tale beūs Joānes nobis impressit cum nos p̄bis sue doctrine informauit Unde Hierē. Verba mea quasi ignis ardēs 2 malleus p̄terēs petras ¶ In d̄r phus. ij. de aia Actus actiuoz sunt in p̄tēre bene disposito Si ergo aliquis voluerit recipere figuram de sigillo trinitatis. oportz vt disponat cor suū p̄ deuotōnem 2 p̄ cordis p̄ritōnem vt aptus fiat ad recipiēdū imp̄ssionē sigilli ¶ In ps̄. Factū est cor meū sicut cera liquecēs ¶ Pro declaratōne terminoz. nota. figēs est partici pium deriuatum a verbo figo is ere. qd̄ ē idē qd̄ firmiter ponere In fixus id est firmus Itē seraphin est nomen neutri generis pluralis numeri. 2 s̄

Folium Eui

gnificat chorꝝ angelorꝝ. **Frē** seraphin ē masculini gñis. ⁊ fecit quēlibet angēlū in tali choro. vñ **A** chorus angelicus. m denorat angelus vnus **Frē** dꝛ citharedis ⁊ citharedus nomē masculini gñis. ⁊ fecit aliqūc cantāte in cithara **Frē** dꝛ quaterfeni. id ē quater sex **Un** senus a um. ē nomē adiecti uum derivatū a noie sex **Frē** pceres dicuntur nobiles q̄ splendent in p̄tute dei. ⁊ ē plural' numeri tm̄ **Frē** character ē masculini gñis tercie declinatōis ⁊ fecit signū vel figurā alicui rei impressam

Iste custos virginis arcanum originis diuine mysterium scribēs euangelium mundo demonstrauit

¶ Hic auctor p̄mēdat sc̄m̄ Joānē rōne custodie p̄ginal' dicēs (iste) sc̄z Joannes q̄ fuit custos (p̄ginitis) sc̄z marie sibi in cruce commisse a dño. vel custos p̄ginitatis sc̄z pp̄rie. erat em̄ p̄go vsqz ad mortē (scribēs euangeliū de mōstrauit). i. manifestauit (mūdo). i. hoibz (archanū mysteriū) id ē sacriū secretū (diuine originis) id ē emanatōis p̄sonaz in diuinis

Celi cui palatium christus suū lilium filio tonitruū sub amoris mutui fide commendauit.

¶ Et iste ē ioānes (cui x̄ps p̄mēdauit suū liliū). i. intimā matrē suā q̄ ē (palatium) id ē replū ⁊ habitaculū celi (p̄mēdauit) inquam ei tanqz (filio tonitruū) id ē altitonāti ⁊ oltra canēti (sub fide) sc̄z firmissima (mutui amoris) q̄ erat inter **Mariā** ⁊ **Joannē** **¶** Notandū ē. **Jo.** dꝛ filius tonitruū. p̄pter p̄stantiā p̄dicatōis ⁊ p̄pter eius altam p̄dicatōnem. qz tonitruus ab alto venit sic eius p̄dicatio **Un** canit' vox tonitruū cui deus in rota rē. vel dꝛ vox tonitruū. qz p̄tra diuitias mūdi disputauit ⁊ p̄dicauit. sicut legitur in passionali qm̄ sc̄rus **Ioānes** p̄tra diuitias mūdi disputaret **Iuuenis** q̄ dam' mortuus efferebat q̄ triginta diebz habuit vxorē. tūc amice illi' mortui ceciderūt ad pedes beati **Joānis** yr istū in noie dñi resuscitaret. flēte q̄ populo beātis **Ioānes** illum mortuū suscitauit **Unde** contingebat eodē tempore q̄ **Joānes** habuit circa se duos discipulos quos p̄uertebat ad fidē ⁊ postea doluerūt q̄ omnē substantiam reliquissent. voluerunt ad gaudia mūdi redire. quibz mortuus suscitatus dixit. **O** miseri vidit angelos vestros flentes. demones vero gaudentes. p̄didistis em̄ eterna palacia gentis p̄ciosis fabricata. mirabilis claritatis p̄teritua copiosis epulis referta. delicijs plena. gaudijs gloriosa. in eternū p̄mansura **Similiter** de inferno dixit illis ⁊ declarauit eis octo penas inferni que continētur in his metris **Uermes.** ⁊ tenebre. flagellum. frigus ⁊ ignis **Demonis** aspectus. scelez. confusio. luctus **¶** Pro quo sciendū. q̄ in inferno sunt vermes. continue homines rodentes. ideo dicit **Esa.** ignis eorum non extinguetur. nec vermes eorum moritur. ⁊ sic theologi dicunt q̄ isti vermes sunt proprie conscientie animaz in quibz cognoscūt q̄ iuste sunt damnati **Secunda** pena sunt vmbre ⁊ tenebre exteriores. de quibz habetur in euāgelio. ⁊ per illas vmbrias intelligit' cecitas mentis. q̄ sic nō possent videre gaudia beatorū

De sancto Joanne.

De quibus sunt truci. Tercia pena est flagellatio in singulis membris et precipue in illo membro cuius quo grauius peccauerunt. Sed quarta pena est frigus intolerabile. quod dicitur doctoribus quod duo opposita contraria stant simul in inferno. scilicet maxima frigiditas et maxima caliditas. et ideo transferuntur de aqua niuea ad calorem nimium. ut dicitur Job. Quinta pena est ignis incensus qui non potest extinguere. ut dicitur euangelista. Ligatis manibus et pedibus in igne extinguibile est status eius. ubi erit stridor dentium et fletus oculorum. Sexta pena est aspectus demonum qui est ita horribiliter quod lingua humana non potest eloqui. quod sulphur et pix cum flamma ardente de ore ipsorum procedunt. Septima pena est confusio scelestorum. id est peccatorum. quod propria peccata clamant super eos. Octava pena est luctus. id est clamor. quem indefinenter faciunt omnibus istis penis auditis duo discipuli ceciderunt ad pedes sancti Iohannis rogantes ut misericordiam sequerentur. quibus dixit. triginta diebus penitentiam agite. et omnium peccatorum gratiam accipietis si in fide constantiter volueritis permanere quod ipsi fecerunt. et postmodum martyres effecti sunt.

¶ Circa terminos nota. conitrus conitru et tonitru id est scelerum. scilicet sonum factum in nubibus de utroque pro in libro secundo meteororum. et ponit hic in neutro genere sub secunda declinatione. Item mutuus a uero. est id est quod vicissitudinarius. In de mutuo aduerbium. id est vicissim.

Haurit virus hic lethale ubi corpus virginale virtus seruat fidei

Pena stupet quod in pena sit Iohannes sine pena bullientis olei

¶ Hic auctor promittat beatum Iohannem ratione aliquorum miraculorum. Et diuiditur in quinque partes secundum quod declarat quinque miracula. Primum dicitur sic. Hic Iohannes euangelista haurit. id est bibit (vir) id est venenum (letale) id est mortiferum (ubi) id est in quo haurit (virus). id est firmitas fidei sue (seruat) id est seruat (corpus) scilicet suum (virginale). id est incorruptum et castum (pena) et ipse punitor Domitiani (stupet) id est miratur. quod Iohannes (sit in pena) id est doleo (seruentis olei. sed sine pena) id est dolore.

Hic naturis imperat ut ex sara transferat in decus gemmarum

Quo iubente riguit auri fuluū induit virgula siluarum

¶ (Hic). Iohannes (imperat naturis) scilicet rerum (ut transferat) id est transformet (sara) id est lapides (in decus gemmarum) id est splendidas gemmas (quo) scilicet Iohanne (iubente) id est precipiente. illud (riguit) id est induratum est. et (virgula silvarum) id est virga lignea (induit fuluū) splendorem. scilicet auri.

¶ Notandum circa litteram expositam tanguntur tria miracula. Primum est venenum assumptio. Secundum est seruatus olei euasio. Tertium est specierum transmutatio. De primo legitur in passionali. Cum beatus Iohannes rediret ab exilio et solum dei predicaret a peccatore inuitabatur ut deus imolaret. quod dum renueret in carcere mittebatur et venenum preparabatur. quo mediantem Iohannes interficeretur. quod dum gustasset virtute dei cooperante sibi non nocuit. sed duos alios gustantes interfecit. de quo infra dicitur quod dum vidisset proconsul misit litteram ad Domitianum imperatorem in qua sanctum Iohannem magnum et sacrilegum iudeorum

Foliū xviij

cōtēptorē z crucifixi cultorē noiauit. iussu igit̃ Domitiani romam addu-
cebatur. vbi oēs capilli ei⁹ p derisione abra debant. z ante portā vrbis q̃ lati-
na dicit̃ in doleo feruētis olei mittebat. nullū tñ dolorē sensit. sed illelus exiit
uit. In isto ergo loco a christianis ecclia fabricabatur. z illa dies rāq̃ dies
marcyrii solēntur. z hoc rāq̃ in scda pte hui⁹ s̃nie cū dicit̃ (pena stupet zc.)
S; p̃ tertia pte ē sciendū. dñi te. Jo. duos iuuenes ad fidē christi puerit̃
et erogauerūt bona sua paupib; te. Jo. sequuti sunt. q̃ q̃dā die viderunt
suos subditos z cognatos p̃ciosis indumētis indutos z seipos de gētes
ceperūt p̃stari. q̃s cū brūs Jo. p̃siderasset z eos facie tristes vidisset vir-
gas z lapides iussit afferrī q̃s vlt̃ q̃s in aux̃ z in gēnas p̃ciosas puerit̃ dī-
cens illis iuuenib; ite z redimite vob̃ terras q̃s vēdidistis. q̃ celestia p̃-
mia p̃didistis. estote diuites rpaliter vt in p̃petuū mēdicet; z p̃tinue sub-
iūx̃it. Stulti z prauī ad credēdū. nō videtis z creditis z diuitias mūdi
vellē acceptare oēs lapides z mōres in pur̃ aux̃ p̃tute dei possem trans-
mutare. z h̃ ē q̃d tangit̃ tertia ps cū dicit̃ (Hic naturis imperat) q̃d ē cōtra
naturales q̃ dicūt. q̃ impossibile ē aliquā spēm trāsmutare in aliā. Verus
est p̃tute hūana z finita. s; p̃tute infinita z sup̃naturali ē possibile. Unde
p̃hs. Gaudeat̃ alchimiste. qm̃ spēs rez trāsmutare nō p̃nt. Et statim cuz
eis te. Jo. ad locū puenit vbi mortuū suscitauit. q̃ eis gaudia celoz z tor-
menta damnatoz enarrauit. q̃bus auditis in fide p̃manserunt vt dictus
est in p̃cedenti sententia

¶ Pro declaratōe terminoz nota Haurio fcat p̃prie aquā trahere de
fonte. z ē p̃bū q̃re piugatoris. z trāsmutat h̃ p̃ sumere. z dñit haurio z au-
rio. vñ Haurio fontis aq̃s. haustus quoq; dicit̃ inde. Aurio p̃cutiens auri-
ga dicit̃ inde. Haurio sumit aquas. aurit q̃ vulnerat hostes. Item virus ē
nomē neurri gāis. z fcat venenū. Itē letale dicit̃ quasi mortale. Vñ letū tē
nomē neurri gāis substantiā carens plurali nūero. z sic sumit Cato. Lin-
que metū leti nā stultū est tpe om̃i. Qui mortē meruit amittit gaudia vlt̃
te. z fcat mortē. Inde letatus. i. mortuus. Inde h̃ z hec letalis z h̃ letale
¶ Itē nota. in scdo versu ponit̃ ter pena. Primo em̃ fcat penā inferentē. i.
domitiani. Secdo fcat penā instrumentū. i. feruēs olei Tercio ponit̃ p̃-
prie p̃tute fcat dolorē. Itē buliens ē p̃cipiū hui⁹ p̃bi bulio. z dñit inter le-
bulio blicro z biblio. vñ Olta bulit. vinū biblit. cereuisia blicrit Item
fuluus a um. idē est q̃d splēdidus z fcat p̃prie splendorē metalloz.

Hic infernum referat morti iubet vt referat. quos venenum strauit

Obstruxit qd ebeon cherintus z marcion perfide latrauit

¶ Hic au. declarat̃ mirabilia a brō Jo. facta. z dicit̃ (Hic) iohes (referat)
id est aperit recludit (infernū) in quo erāt. et (iubet). i. p̃cipit. scz p̃dicādo
rectam fidem. scz diuina p̃tute (mortivt referat). i. reducat. i. eos (q̃s stra-
uit). i. interfecit (venenū z obstruxit). i. destruxit. illud (qd ebeon cherin-
tus z marcion) q̃ fuerūt tres heretici (latrauit) instar canis clamauit. i. q̃s
libet eoz (perfide) id est contra fidem.

¶ Notandū in p̃mo versu distinctim tangunt̃ trita. scz inferni referatio
mortis obediētia. z mortuoz resuscitatio. de p̃mo dicit̃ in l̃ra. h̃ infernū rese-

De sancto Joanne

rat. qđ tñ est p̄tra iura infernoz. qđ ex sacra scriptura habem⁹ qđ in inferno
nulla ē redemptio. S; sc̄tus Joānes illos iuvenes veneno interfectos z
dñationi deputatos literavit. z illas aīas corporib; suis reddebat. qđ
p̄ magno miraculo reputat. De sc̄do d̄r in ps̄. Nūquid mortuis facies
mirabilia aut medici suscitabūt z p̄stebunt tibi. qđ d̄r qđ post resurrectōez
xp̄i mors tantā habuit potestātē. vt raptos z morti deditos reddere non
haberet. tñ br̄s Joānes p̄tute diuina morti p̄cepit vt duos iuvenes iā
raptos redderet. qđ miraculū videt eē p̄tra p̄hm in postp̄dicamētis. vbi
d̄r impossibile ē a puatōe venire in habitū. qđ d̄r car. impossibile ē fm̄ cursuz
naturalē reuenire de morte ad vitā. De tercio legit in passionali. Postq̄
br̄s Joānes venenū gustauit z illesus euasit. p̄consul estimauit h̄ venenū
nū nō fuisse satis efficac; duob; iuuenib; dedit gustandū. qđ d̄r gustassent
mortui sunt. qđ br̄s Joānes a morte resuscitauit. z h̄ fecit duplici de cā.
Pr̄o ne sc̄tus Joānes videret eē cā mortis ipoz. qđ p̄t euasione suā ip̄i fue
rūt veneno interfecti. Sc̄do vt fides catholica p̄ eoz resurrectōez p̄fortaret
Fic nota dū br̄s Joānes venit ephesum inuenit qđsdā hereticos qđ
fecerūt se tāq̄ p̄ncipes honorari. i. etron cherintū z marcion. ab etron d̄s
cti sunt heretici etronite sic nūcupati a paup̄tate. xp̄m em̄ p̄fectū vix z tu
stū putabāt. Qñ p̄p̄ter tales etronite a paup̄tate intelligēte sunt appella
ti. vt vult Iudoz⁹ in li. etymo. Hi em̄ semiuidei sunt z ita tenent euāgeliz
vt legē carnalr̄ seruāt. S; alij cherinthi qđsdā heretici a cherintheon nūcu
pati venerunt h̄i inter cetera circūcisionē obseruāt. z post mille annos in
voluptate carnis futura p̄dicant. Sed a marcion qđsdā heretici martionis
ste sunt appellati. qđ cerdonis dogmata secuti aliez. bonū aliez iustū deuz
asserunt tanq̄ duo p̄ncipia creatoris z bonitatis. illi heretici plura idola
ad sacrificandū statuerunt. qđ sc̄tus Joānes destruxit. imo demones inclu
sos ad hoc coegit qđ om̄ia idola in partes minutissimas p̄fegerunt.

Quia h̄m̄ nota. etron cherinthus z marcion sunt pp̄ia noīa hereti
coz. qđ vnū ē sc̄do declinatōis z alia duo tercie. Item strauit. i. interfecti
Uāsterno ē p̄bū transiū z feat plura. vñ Sernif equo ce mare lect⁹ asel
lus z hostis. S; p̄fide est aduerbiū qualitatis.

Volat auis sine meta. qđ nec vates nec p̄pheta euolauit altius

Tā implēda qđ iplēta nunq̄ vidit tot secreta purus homo purius

Quia autor p̄mendat Joannē de visione z reuelatōe diuine maiestatis.
Et diuidit in duas pres. In p̄ma facit qđ dictum est. In sc̄da dirigit pe
titionē ad beatū ioannē. Sc̄da ibi. dic dilecte zc̄. Pr̄ima ps̄ adhuc diuidi
tur in duas partes. In p̄ma p̄mendat beatū Joannē rōne visionis. In ses
cunda rōne celestis annūciatōnis. Sc̄da ibi. sponsus rubra veste zc̄. Dis
cens p̄mo sic. Joannes euangelista. i. existens (auis) Coparat em̄ aquile
(volat). i. ingenio suo (sine meta). i. termino. z sic sine meta (qđ nec vates)
id ē gēntis p̄hs vel sacerdos (nec p̄pheta) sc̄z iudeoz (euolauit altius) qđ
ip̄e (nūq̄ homo purus) qđ d̄r p̄pter xp̄m qđ nō fuit purus h̄o. s; z de⁹ (vi
dit purius). i. minus p̄mixte (tā implēda). i. futura (qđ iplēta). i. p̄terita
Rorandū qđ aquila est qđdam auis altissimi volatus. vt habet in par

Foliū xviii

uis naturalibz. ita q̄ nulla autē p̄ se altiori volatu ad celum erigere sicut
aquila. quare sc̄us Joānes merito assimilatur aquile. qz nullus euangeli-
staz tam p̄funde in deitate p̄scripsit sicut ip̄e. Etiam br̄us Joānes assi-
mulatur aquile p̄pter magnā charitatē quā deus habuit ad sc̄m Joā-
nem. Unde p̄m p̄m nullū volatile tam ardentē amat ferum suū: sicut
aquila. z sic etiam inter om̄es sanctos nullus fuit deo ita dilectus sicut be-
atus Joānes. Unde p̄mendatio ip̄ius legit̄ quarto libro scholastice h̄s-
torie. q̄ br̄us Joānes quendā iuuenē pulchrum z velocem p̄uertebat z
eū cuidā ep̄scopo sub depositi noīe p̄mendauit. Post hoc iuuenis dere-
linquens ep̄scopū factus est p̄nceps latronū. Postea br̄us Joānes redi-
ens ad ep̄scopū depositū suū req̄siuit. Ep̄scopus intellexit le pecuniā ser-
uandā recepisse. z vehemētē obstupuit. Cui br̄us Joānes ait. Iuuenē
istum repero quē tibi summo studio p̄misi. Cui ep̄us ingemiscēs ait mor-
tuus est. Cui br̄us Joānes. qua morte obiit. R̄ndit. morte aīe xp̄o mor-
tuus est. Quo audito ap̄ls grauiter dolens equū ascendit visitans locū
vbi iuuenis cum latronibz esset. Iuuenis vero vidēs beatū Joānnē velo-
citer fugit. Cui br̄us Jo. dixit exclamando. Fili vt qd fugis. ne timeas si-
li. quia p̄ te xp̄o rōnem reddam z certe p̄ te libenter moriar. sicut xp̄s pro
nobis mortuus est. reuertere ergo. qz deus misit me vt te ad fidem voca-
rem. Qd̄ audies iuuenis p̄punctus ē corde z cum fletu rediit. z orante p̄
eo ap̄lo veniam impetrauit. Item notāter d̄r in l̄ra. purus hō p̄pter xp̄m
in q̄ nō erat pura humanitas. sed deitas humanitati p̄iuncta q̄ etiā tam
secreta z multa maiora cognouit. Pro terminis est sciendū. vates nos-
men tercio declinatōnis cōis ḡnis deriuatū a p̄bo deponētali vaticinor-
aris. qd̄ fecit futura p̄dicare. S; altius ē aduerbiū p̄parandi p̄paratiui
gradus. Itē implēda z implēta sunt p̄cipia huius p̄bi implēor. S; toc
est nomen indeclinabile om̄is ḡnis pluralis numeri tm̄

Sp̄sus rubra veste tect⁹ visus et nō intellect⁹ redit ad palaciū

Aquilam ezechielis sponse misit. z de cellis referre mysterium.

¶ Hic autor p̄mēdat br̄m Joānnē rōne cuiusdā annūciatōis z introducit
aliq̄liter materiā ascētionis xp̄i. z d̄r (Sp̄sus). i. xp̄s q̄ ē sp̄sus ecclie ca-
tholice (rectus). i. amict⁹ (veste rubra). i. rubea p̄ asp̄sionē sanguinis sui p̄-
ciosi (visus) scz ab angelis vl' ab hoibz (z nō intellect⁹). i. cognitus. scz ab
eis (redit) scz p̄ ascētionem suam (ad palaciū) scz celi (q̄) p̄ et (misit
sponse) scz sue ecclie orthodoxe (aquilā ezechielis). i. sanctū ioānnē (de ce-
lis referre mysteriū) scz ascētionis sue ¶ Notandū in l̄ra d̄r sponsus ru-
bra veste zc. vbi nota qm̄ xp̄s ascendit in celum cum multitudine angelo-
rum etiā cum magna preda hominū ascendit. vñ ps. Ascendisti in altum
cepisti captiuitatē In tali ascētionē sp̄sus fuit tectus rubra veste. qz rubz
fuit indumentū ei⁹. de quo dicitur infra. Etiam minores angeli fecerunt
interrogatōnem a maioribz dicentes. Quis est iste q̄ venit de edon tinct⁹
vestibz de bosra. Vbi d̄r glosa q̄ qdā angeli nō intellexerūt plene myste-
rium incarnationis. passionis. z resurrectōis xp̄i. Cum em̄ d̄r videbant
xp̄m potenter ascendere admirātes dixerunt. Quis ē iste q̄ venit de edon

De sancto Joanne

S; Diony. in li. celestis hierarchie vult dicere q̄ x̄po ascēdēte tres q̄stio-
nes ab angelis facte sunt. Primā fecerūt angeli maiores inter se dicētes
Quis ē iste q̄ venit de edon ad intratiue. Sed am ipi fecerūt x̄po ascēden-
te. q̄re rubrū ē indumentū tuū. i. corpus tuū sanguine cruentatū Illis x̄ps
r̄ndit di. Torcular calcam sol. i. p̄ toto mūdo sol. i. partes sanguinē meū
fudi. 2^o h̄ autor tāgit in l̄ra cū dr. Sponsus rubra veste r̄. Tercia q̄stionē
fecerūt minores angeli maiorib; dicētes. **Quis ē iste rex gl̄ie q̄b; maiores
angeli dixerūt.** Dñs h̄tutū ip̄e ē rex gl̄ie. Et statim subūterunt. hic ē ille q̄
nō h̄z sp̄m neq; decore infirm^o in ligno fortis in pl̄io. virilis in corpe. ar-
matus in pl̄io. fetidus in morte. pulcher in resurrectione. cādid^o ex virgine
rubicūdus in cruce. fusc^o in obprobrijs. in celo p̄o p̄clarus. Itē autor dr
in l̄ra. a glam ezechielis. q̄ alior; p̄phetar; p̄phetas cognouit 2 totū mūdo
manifestauit Circa l̄ram nota. q̄ rubra est nomē fei ḡnis. Item reclus
est p̄cipiū p̄teriti t̄pis a p̄bo regor. Itē visus ē p̄teritū a video. Itē refer
re ē infinitiuus a refero S; mysteriū est nomē neutri ḡnis

Dic dilecte de dilecto 2 q̄lis sit ex dilecto sp̄sus sp̄ose nūcia Dic

quis cib; angeloz. q̄ sunt festa supnoy de sponsi presentia
Hic autor dirigit petitiōem ad b. Joānē euāgelistā dicēs. **D** (dilecte)
ioānes (dic nobis de dilecto) scz dño tuo x̄po iesu (q̄lis sit) scz q̄ ad vtrāq;
eius naturā (2 nūcia) nob; (tu q̄ es sp̄sus sponse). i. teate virginis marie
(ex dilecto). i. dño tuo q̄eam tibi p̄misit (dic nobis q̄s sit cib;). i. sp̄ualis
refectio (angeloz) 2 dic (q̄ sunt festa). i. solēnitates 2 festiue celebratiōes
(supnoy) scz ciuium (de p̄sentia sponsi) id est christi.

Veri panis intellect^o cenā x̄pi supra p̄cc^o sumptā nobis resera.

Ut cātem^o de p̄ono corā agno corā throno laudes sup ethera Amē
Hic breuioānes (resera). i. manifesta (nobis cenā intellect^o veri panis) id
est viuifici corpis 2 sanguinis dñi nostri iesu x̄pi (sumptā). i. acceptā 2 in-
tellectā. i. dormiēs sup p̄cc^o x̄pi (ut cātem^o sup ethera). i. celū (laudes de
patrono). i. de re q̄ es patron^o. i. antecessor (corā agno). i. x̄po q̄ est agnus
dei tollēs p̄ccā mūdi (2 corā throno). i. sede diuine maiestatis Amen
Hic notandū q̄ autor ponit in l̄ra triplicē q̄stionē a sc̄to Joāne. Primo q̄
ritur de mysterio incarnatiōis p̄tra cursum nature ex pura p̄gine De isto
scribit br̄s Amb. q̄ nec angeli nec diaboli mysteriū incarnatiōis cogno-
uerūt Nā de sp̄sc̄to x̄ps in vtero p̄gine p̄ceptus ē. Un̄ fm doctores dr
q̄ x̄ps post reuolutiōem tēpor; die sue incarnatiōis plura bona opatus est
ut pat; in his metris. i. Salue festa dies q̄ crimina nostra coherces. An-
gelus ē nullus. ē passus in cruce christus. Est adā factus eodem tēpore
lapsus. Nos meritū decuit cadit Abel a fratre chaym ab ense. Offert
melchisedech isaac supponit aris. Est decollat^o x̄pi baptista Joānes. Pe-
trus ereptus Jacobi sub herode punit^o Corpa sanctor; cū x̄po multa res
surgūt. Larro dulces tñ p̄ x̄pm suscipit amē Sec̄do nota. autor in l̄ra pe-
tit nobis manifestari gaudiū sc̄toy de p̄ntia dei. de q̄ dr br̄s Hierony.

Folium xix

Delius esset fore in pfundo inferni & habere aspectū sancte trinitatis q̄
regnare in celo & carere p̄ntia dei. vñ tāta ē leticia sc̄ōz de p̄ntia dei q̄ nec
pater noscit filiū nec fili⁹ patrē Sup isto p̄bo de bt̄is Gregori. Si aliq̄s
sc̄ōz videret p̄ntiam dei in celo & sciret patrē suū dānatū in inferno & pos
set eum liberare cū isto q̄ semel dimitteret seu auerteret oculos a facie dei
ad infernū respiciēdo patrē. vtiq̄ nō faceret Ergo de bt̄is Berni. Nemo
p̄t dari nec scribere nec p̄meditari gaudia iustoz. Sic & tormenta maloz

Tercio nota. auctor petit declaratōem sacramētī q̄ nobis in specie pa
nis & vini ē derelictū. & de tali sacramēto loco suo. sc̄z in sequētia de corporib⁹
re xp̄i plen⁹ dicit Itē nota doctores dubitāt. vtrū sc̄tū Joānes obiit v̄
migravit cū corpe vel sine Dicunt q̄dā q̄ abiit cū corpe & aīa in celum et
est assumptus corpe tñ p̄us glorificatis. & isti dicunt plura corpa sanctoz
iam glorificata eē in celo. & pbant hoc ex isto. q̄ multa corpora mortuoz
iam p̄surrexerūt sc̄tū christo. sic etiā ascēderunt cū christo de q̄b⁹ non de sc̄tū
p̄tura q̄ ad terrā redierunt S; eodē modo sicut p̄surrexerūt cū xp̄o sic eti
am ascēderūt cū eo. tñ corporib⁹ eoz p̄us glorificatis Et nō videt ipos
sibile apud deū. q̄ iste discipulus p̄e ceteris sanctis fuit a deo dilect⁹. q̄
cū corpe & aīa in celo ē locatus. Q̄ aut abiit cū corpe declarat ex eo q̄ in
sepulchro eius nihil nisi manna fuit inuentū. Itē si corpus eius esset reliq̄
cū sup terrā vtiq̄ esset aliq̄ gr̄a querēda de eo. sicut videt de corporib⁹ alio
rum ap̄loz martyz S; Damascenus dicit q̄ beatus Joānes morte natura
li nunq̄ obiit. S; corpe & aīa potius est in paradiso voluptatis vbi mil
le anni sunt sibi tanq̄ vna dies Sed d; ibi manere cū Enoch & Helya
v̄sc̄ ad tēpus antichristi. & postq̄ enoch & helyas fuerint occisi ip̄e beatus
Joānes reliquos p̄dicatores debet p̄fortare & cōtra antichristū disputa
re & tandē martyrii palma coronari. hoc pbatur ex euāgelio vbi christus
dixit ad Petrū. sed sic eum volo manere donec veniam Et est pbabile q̄
uis aliqui aliter opinant dicētes animā beati Joānis esse in celo & corp⁹
per angulos deductū in paradysum ne executione iudeoz dilaniaret S;
quid sit verius noscit scrutator cordium

¶ Pro terminis sciendū. qualis est nomen quesitiuū cōmunis generis
Item panis dicitur a pan in greco quod est torum in latino. quia tota vir
tus nutrimenti consistit in pane

Aus tibi christe patris optime nate deus omnipotentie. Quē ce
litus iubilat sup astra manētis plebis decus armonie. Quē
agmina infantū sonoris hymnis collaudāt etheris in arce

¶ Istud est canticū quod cantat ad honorē dei & ad reuerentiā marty
rū innocentū. In q̄ auctor duo facit. p̄mo refert gr̄az actōnes Secūdo diri
git petitionem ad deū. sc̄dm ibi Quoz p̄cib⁹ rē. Prima ps adhuc dicit
dit in duas pres. In p̄ma p̄e refert deo gr̄az actōes. In sc̄da incidenter
liter ondit martyriū innocentū. sc̄da ibi Quos impius rē. Primo de sic.
(O x̄pe optime nate). i. filij patris eterne ex̄ns (de⁹ omnipotentie). i. ompotēs
(laus) sc̄z sic tibi (quē) sc̄z x̄pm (decus). i. veneratio (armonie). i. dulcis.

D. I.